

Nos iterum' culpæ trahat errorisq; relicti)
Te justam deinceps nunquam inducamus ad
iram.,

Neve offendamus tām sanctos crimine vultus!
Sed neq; nos penes est, hominum ô mitissime
Rector,

Nevem anu in nostrâ positum, res condere tan-
tas.

Pelle igitur nebulas, oculataq; pectora nobis
Suffice, quæ satis hæc agnoscere munera curent.
Attritos da animos, dejectaq; corda dolore,
Ob malè præteriti transmissos temporis annos,
Corda , quibus spes cuncta tuâ in bonitate re-
cumbat,

Inq; salutifero cruciati sanguine CHRISTI,
Cereaq; omnigenæ flesti virtutis in actus
Largire, & tua quæ currant ad iussa lubenter,
Sive adversa cadant, seu tempora fortè secunda.
Religionis opus puræ tutare, furores
Lunicolæ clemens compescere animosq; tyranni.
Digna at finitimiis da præmia Regibus, horum
Perstet & æternū firmò respublica talo,
Consiliis patriam qui suffulseré labantem,

F

Quo-